



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Disputatio VIII. De primo effectu pœnitentiæ, qui est remissio peccatorum
mortalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

Respondeo dicendum. quod hoc. quod aliquod peccatum per poenitentiam tolli non possit. potest contingere dupliciter. Vno modo quia aliquis de peccato poenitere non possit. alio modo quia poenitentia non possit delere peccatum. Primo quidem modo non possunt per poenitentiam deleri peccata demonum. & etiam hominum damnatorum: quia affectus eorum sunt confirmati in malo: ita quod non potest eis displicere peccatum in quantum est culpa. sed solum displicet eis poenitentia quam patiuntur. Ratione cuius aliquam poenitentiam. sed infructuosam. habent: secundum illud Sap. 5. Poenitentiam agentes. & praenostrius spiritus gementes. Vnde talis poenitentia non est cum spe veniae: sed cum desperatione. Tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis viatoris: cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum. & ad malum. Vnde dicere quod aliquod peccatum sit in hac vita. de quo quis poenitere non possit. erroneum est. Primo quidem. quia per hoc tolleretur libertas arbitrii. Secundo. quia per hoc derogaretur virtuti gratiae: per quam moueri potest cor cuiuscunque peccatoris ad poenitentiam. secundum illud Pron. 21. Cor regis in manu Dei: & quocunque voluerit. vertet illud. Quod autem secundo modo non possit per veram poenitentiam aliquod peccatum remitti. est etiam erroneum. Primo quidem. quia repugnat diuinae misericordiae: de qua dicitur Iob. 2. quod benignus. & misericors est. & patiens. & multa misericordia. & praevalens super malitia. Vinceretur enim quodammodo Deus ab homine. si homo peccatum vellet deleri. quod Deus delere non vellet. Secundo. quia hoc derogaret virtuti Passionis Christi. per quam poenitentia operatur. sicut & caetera sacramenta. cum scriptum sit prima Ioannis secundo: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris non solum nostris. sed etiam totius mundi. Vnde simpliciter dicendum est. quod omne peccatum in hac vita per poenitentiam veram deleri potest.

Ad 1. ergo dicendum. quod Esau non vere poenituit. Quod pater ex hoc. quod dixit. Venient dies luctus patris mei. & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiam nec Antiochus vere poenituit: dolebat enim de culpa praeterita. non propter essentiam Dei. sed propter infirmitatem corporalem. quam patiebatur.

Ad 2. dicendum. quod illud verbum Aug. sic intelligendum est: Tanta est labes illius peccati. vt deprecandi humilitatem subire non possit. scilicet de facili: secundum quod dicitur illud non posse sanari. quod non potest de facili sanari. Potest tamen hoc fieri per diuine gratiae virtutem. que etiam interitum in profundum maris conuertit. vt dicitur in Psalmo 97.

Ad 3. dicendum. quod illud verbum. vel blasphemia contra Spiritum Sanctum est finalis impoententia: vt Aug. dicit in lib. de Verbis Domini. Quae poenitentia irremissibilis est: quia post finem huius vitae non est remissio peccatorum. Vel si intelligatur per blasphemiam Spiritus sancti peccatum. quod sit ex certa malitia. vel etiam ipsa blasphemia Spiritus sancti. dicitur non remitti. scilicet de facili: quia tale peccatum non habet in se causam excusationis. Vel quia pro tali peccato puniuntur aliquis & in hoc seculo. & in futuro. vt in secunda parte expositum est.

Hic articulo integrum possemus commentarium adiungere: tamen quia litera Diui Thomae perspicua satis est. & rem ipsam in sequenti disputatione copiose tractaturi sumus. vt praevalentiam vitemus. simul cum re ipsa mentem D. Thomae declarabimus.

DISPVATIO VIII.

De primo effectu poenitentiae. qui est remissio peccatorum mortalium.



nter explicandam naturam huius virtutis. simul declaravi causas eius. Efficentem. ostendendo haberi per infusionem. finale. declarando motum eius: materialem. explicando subiectum. formalem. tradendo obiectum. definitionem & essentiam eius: quia. cum ipsa sit quaedam forma. non potest aliam formam habere. Quare solum superest dicendum de effectibus. Quam materiam prosequitur D. Thomas in quatuor questionibus sequentibus. quas nos eisdem disputationibus declarabimus. nec fere indigent alio commentario. Eandem etiam materiam disputant Theologi cum Magistro. in 4. dist. 15. & 16.

SECTIO I.

Virum Poenitentia in suo genere sit sufficiens causa ad remittenda peccata mortalia. quantumuis graua & multa.

DVobis modis. vt notauit D. Th. q. 86. ar. 1. intelligi potest peccata non posse auferri per poenitentiam. Primo. quia vera poenitentia haberi non potest. Secundo. quia licet habeatur. non sufficit ad tollenda peccata. Et vtroque modo erratum est: sed de illo priori modo instituemus sectionem sequentem: nunc de posteriori disputamus. In quo tres inuenio fuisse errores. Primus est eorum. qui absolute negant poenitentiam sufficere ad tollenda peccata mortalia. Cuius meminit Basiliius homil. 29. quae est de poenitentia. & Chrysostomus homilia vigesima ad Hebr. sed non referunt auctores. Lactantius autem libro sexto diuin. instit. capite vigesimo quarto refert. Ciceronem asseruisse eos qui semel a virtutis via aberrassent poenitendo corrigi non posse. Ex hereticis tamen non existimo hoc aliquem negasse generatim de omni tempore. vel de omnibus peccatis: sed specialiter de peccatis Christianorum post baptismum commissis. Et hoc modo errarunt heretici dicti Cathari. & Cataphrygae. & alij. & vt videre licet in Epiphasio heresi 59. Theodoro in Epitome diuinorum decretorum capite penultimo. Hieronymo libro secundo contra Iouinianum. & epistol. 50. 54. & 61. Augustino de Vera & falsa poenitentia capite tertio. & de Agone Christian. capite trigesimo. & libr. de Haeresibus. Cypriano epistola quinquagesima secunda. Et tribuit hunc errorem Origeni Athanasius oratione de peccato in spiritum sanctum circa vndecimum caput Matthaei. Et significat id Origenes homilia trigesima quinta in Matthaeum. agens de Petri negatione. Et idem tribuitur Tertulliano. de quo statim dicam. Fundamentum huius erroris sumptum est ex Paulo ad Hebraeos sexto. Impossibile est eos. qui semel illuminati sunt. &c. & capite decimo. Non relinquitur hostia pro peccato.

Secundus error fuit. poenitentiam sufficere ad tollenda semel peccata. non tamen saepius. Hunc errorem multi putant fuisse Montani. in quem tandem incidit Tertullianus. vt constat ex Hieronymo libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Vincentius Lyrin. libr. contra phanas nouitates. Nicephorus libr. quarto Historiae capite duodecimo. & trigesimo quarto. Sunt tamen qui putent Tertullianum potest resipuisse. & retractasse hunc errorem. propter quaedam

In 11. a medio ad finem 10.

11. 14. 47. 113. & 4.

Duplices quasi sententiae I. Thom.

Quorundam error Basil. Chrysost. Lactant.

Epiph. Theod. Hieron. Aug. Cyprian. Athan.

Orig. Tertul. Paul.

Secundus error Hieron. Vincent. Lyr. Niceph.

Quaedam verba Patiani epistola tertia ad Sympron. A in fine. Id tamē verisimile nō est: alioqui Hieron. & Vincent. id non prætermisissent, cum esset res magni ponderis. Nec verba Patiani id significat, vt notauit Pamelius in fine vitæ Tertulliani, & præsertim circa librum de Pœnitentia. De quo libro censet intelligenda esse verba Patiani, cum ait, *ipsum Epistola sua, & ea ipsa, quam Catholicus edidit, audiens confitentem, posse Ecclesiam peccata dimittere*: per illam enim Epistolam nihil aliud, quam librum de pœnitentia intelligit, quem Tertullianus ad huc Catholicus edidit, & in eo optime de pœnitentia sensit. Hic vero error, cuiuscunque auctoris fuerit, non videtur fūdatus in Scriptura: sed in hac congruentia, quod datur hominibus nimia peccandi licentia, si semper peccatorum remisio per pœnitentiam conferatur. Et in huius signum aiebant Christum in Euangelio neminem bis curasse: item ne videatur Deus diligere peccatum tam facile illud remittendo, vt refert, & eleganter tractat D. Augustinus libro de Vera & falsa pœnitentia, cap. 5.

Aug.

Tertius error.

Euseb. Ruffin. Niceph.

Pamel.

Præstol. Armac.

Tertius error est. Regulariter pœnitentiam peccata auferre. Excipi tamen debere quaedam peccata grauissima, quæ per pœnitentiam, quantumuis perfectam, non tolluntur, verbi gratia, apostasia à fide, aut negare Christum in tormentis. Qui fuit error Nouari vt sumitur ex Eusebio sexto Hystorie, capite trigesimo quinto, & Ruffino capite trigesimo tertio, Nicephoro libro sexto, capite tertio. Et multi putant in hoc errore fuisse Tertullianum, quia non omnibus peccatoribus, sed mœchis tantum ait, negandam esse pœnitentiam, vt notauit Pamelius in antidoto ad paradoxa Tertulliani, numero vigesimo septimo ex libr. eius de Pudicitia. Armenos etiam quaedam peccata posuisse irremissibilia refert Præstolus. Et videri potest Armacanus libro nono de quaestionibus Armenorum cap. vigesimo septimo. Fundamentū sumptum est ex quibusdam locis Scripturæ, in quibus peccatum in Spiritum sanctū, & peccatum ad mortē esse irremissibile indicatur. Circa hos tamen errores oportet aduertere, non omnes eorū auctores locutos fuisse absolute de pœnitentia, etiam interiori: sed solum de sacramentali: vt infra, agentes de potestate Ecclesiæ ad remittenda peccata, videbimus.

Pœnitentiam sufficere in suo genere ad tollenda peccata mortalia. Assertio. I.

4 Probatur in lege veteri. Sap. 1.

Gen 4. Hier. 18. Isai 55. 59 Probatur in lege noua.

Matth. Ioan.

Act. 1. 8. 2.

Dico primo, pœnitentiam in suo genere esse sufficientem ad tollenda peccata mortalia. Est de fide. Probatur ex scriptura discurrendo per omnes leges. Nam de tempore legis naturæ, legimus Sapient. 1. Adam consecutum fuisse remissionem peccati per sapientiam, in qua pœnitentia includitur, vt infra ostendam. Et deo capite vndecimo generaliter dicitur, *Disimulans peccata hominum propter pœnitentiam*, id est, patienter expectans, donec pœnitentiam agant, & sic veniam consequantur. Ac propterea Cain grauiter reprehenditur, quod veniam desperauerit Genes. quarto. De tempore legis scriptæ multa adduxi disputatione quarta: nunc sufficit Hierem. 18. *Si pœnitentiam egerit egens illa, agam & ego. Isai. 55. Derelinquat impius viam suam, &c.* & capite quinquagesimo nono. Ac denique hoc supponebant, & significabant multa sacrificia pro peccatis, quæ in illa lege data erant. De lege noua habemus generalem prædicationem pœnitentiæ (Matthæi 1. 4. & Ioan. 1.) scilicet, tanquam fructuosæ, imo & necessariæ ad remissionem peccatorum, iuxta illa Christi verba, *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis*. De pœnitentia ante baptismum habemus prædicationem Petri, Act. capite primo, & secundo. De pœnitentia post baptismum habemus

primum exemplum eiusdem Petri, qui per pœnitentiam sui peccati remissionem consecutus est: erat enim iam tunc baptizatus, quidquid Origenes supra dicat, de quo alibi. Habemus etiam exhortationem eiusdem Petri ad Simonem Magum iam baptizatum, Act. 8. *Pœnitentiam age, ab hac nequitia tua*. Quod vero Petrus addit, *Si forte, &c.* nō est quia dubiter de sufficientia pœnitentiæ ad remissionem peccati: sed vel insinuare voluit libertatem arbitrij, vel difficultatem, quæ est in agenda vera pœnitentia. Eodem modo Paulus in epistola ad Galatas, ad pœnitentiam prouocat eos, qui post baptismum lapsi fuerant, & primæ ad Corinth. 5. excommunicat infidelem fornicarium, vt eum ad pœnitentiam trahat, & *spiritus eius saluus fiat*.

Propter hæc definita est hæc veritas in Tridentino Sessione sexta capite decimo quarto, & can. 7. & tota sess. 14. & in Concilio Mileuit. & Arauc. & sumitur ex Niceno can. 8. & in decretis multa referuntur distinctione 50. & in distinctionibus de pœnitentia. Et præter Patres in principio citatos, videri potest Augustin. epistol. 108. sermon. 15. de verbis Apostoli, & sermon. 181. de tempore capite decimo quarto, & libro secundo, de adulterinis coniugijs capite sexto. Cyprianus sermon. de Ablutione peccati, Cyrillus Hierosolymitanus catechesi secunda, Gregorius libro tertio, epistol. 103. Et optime Basilius dicta homil. de pœnitentia, Chryostomus homilia septima ad Populum, Hieronymus Ecclesiast. 7.

Ratio conuincens & demonstrans non potest reddi ex sola perfectione, aut natura virtutis pœnitentiæ: quia semper hæc res pendet ex voluntate, & promissione diuina. Hæc vero nobis satis constat ex Scriptura. Et est valde consentanea, tum misericordie diuinæ, tum etiam iustitiæ, & redemptioni Christi, vt optime declarat Diuus Thomas hic articulo primo. Supposita vero promissione Dei, ex parte ipsius pœnitentiæ redditur optima congruentia: quia nullus potest esse actus magis proportionatus ad hunc effectum, iū suo ordine perfectus sit, vt tractando de actibus pœnitentiæ satis declarauimus. Item quia tunc homo facit quod potest, vt hanc remissionem obtineat, considerata eius natura, & fragilitate. Item, quia in hac vita homo semper est in statu viæ, ideo necessarium fuit, & ad prouidentiam Dei maxime pertinuit, ei concedere aliquem modum, quo posset veniam peccatorum consequi. Hæc autem rationes non minus procedunt in homine iam baptizato, quam in alijs, vt per se notum est. Imo quaedam ratione maiorem vim habent in tempore legis gratiæ, in quo Dei misericordia liberalius operatur, & Christi redemptio iam perfecta est.

Confirmatur, nam alioqui baptismus vsque ad finem vitæ differendus esset, vt omnia peccata in vita commissa simul ablueret: essetque valde temerarium antea baptizari, si postea non superesset pœnitentiæ remedium pro peccatis: cum nemo possit sibi promittere perseverantiam in innocentia baptismali.

Dices, hæc recte probare de pœnitentiæ sacramento, non tamen de efficacia pœnitentiæ virtutis, de qua nunc agimus. Respondetur ex Tridentino sess. 14. cap. 4. verum quidem esse actum pœnitentiæ seu contritionem nunc non remittere peccata post baptismum commissa, nisi cum voto sacramenti, & in ordine ad illud: nihilominus tamen, habitata vera contritione, statim remitti: tum quia sacramentum pœnitentiæ non est institutum ad coarctandam viam salutis, neque ad constituendum hominem in periculo damnationis, si expectanda semper esset realis susceptio illius sacramenti ad consequendam veniam peccatorum: tum etiam quia hic effectus est consentaneus illi dispositioni, & pro-

Act. 8.

Paulus ad Gal.

Trident. Conc. Mil. & Arauc. Conc. Nic.

August.

Cyprian. Cyril Hieros. Gregor. Basil. Chryost.

D. Tho.

7

Obiect. Responsio Trident.

Promissus à Deo sine temporum limitatione, vltimus Vega libro decimo tertio in Tridentin. ca. tertio & quarto. Ac propterea Pius quintus, & Gregorius decimus tertius damnarunt sententiam cuiusdam Louanienfis, qui his temporibus dixit, peccatricionem, vel actum charitatis statim infundi habitum gratiæ, & charitatis: non tamen remitti peccatum ante realem susceptionem sacramenti poenitentis. Quem errorem supra tetigimus, & impugnavimus.

Locus Pauli exponitur.

SECO Quid ad loca Pauli ad Hebræos sexto, & decimo, quæ specialiter videntur virgere contra hanc partem. Prima responsio est illud verbum, impossibile, non sumi in absoluto rigore, sed vt est idem quod valde difficile. Est enim hæc exaggeratio valde frequens in communi loquendi modo quem interdum Scriptura vsurpat. Ita Hieronymus libro secundo, contra Iouin. Quia vero non videtur adeo difficile, vt qui post baptismum peccauit, remissionem per poenitentiam obtineat: ideo Anselmus ibi non vult hoc intelligi de omnibus baptizatis: sed specialiter de illis, qui post magnam vitæ perfectionem, & postquam receperunt magna bona, & auxilia Dei, in peccata labuntur. Concilium autem Colonienfis titulo de poenitentia, hoc limitat ad peccatum Apostasiæ à fide post baptismum susceptum. Quæ quidem in se vera esse possunt, non tamen accommodata ad intentionem Pauli. Aliter Hugo libro secundo, de Sacramento parte 14. c. 4. illud impossibile intelligit in toto rigore, dicit tamen sensum esse, impossibile esse hominem sic lapsum restituere ad priorem innocentiam. Sed hoc etiam de commissis ante baptismum verum est: iuxta id, Mundans non facit innocentem.

LITERALIS ergo sensus est, eum qui post baptismum peccauit, impossibile esse renouari per iteratum baptismum, & consequi illam liberalem remissionem totius culpæ, & poenæ, eo modo quo in baptismum conceditur. Et hanc vim habet illud verbum, Renouari, & illud, Iterum crucifigentes &c. Et eodem sensu dicitur in capite decimo, non relinqui aliam hostiam, id est, aliam Christi mortem, quæ per iteratum baptismum repræsentetur. Ita Chrysostr. homil. 1. Diuus Thom. & alii. Ambros. lib. 2. de poenitentia ca. 2. Augustinus de Ver. & fall. poenitentia c. 3. Athanas. orat. de blasphem. in Spiritum sanctum, non longe à principio. Vbi aduertit non dixisse Paulum impossibile esse poenitentiam, sed impossibile esse per causam poenitentis quæpiam renouari iterato baptismate. Sumitur etiam ex Iuliano q. 96. ad Gentes, vbi ait: Licet in lege Euangelica vnicum sit lauacrum, relinquit tamen lapsus remedium, Si poenitentia remedijs vti velint. Denique Diuus Thomas supra qu. 84. arti. 10. ad primum, hæc præfert expositionem & optime declarat: eamq; ad verba Pauli bene accommodat. Ad damus in Paulum.

Veram poenitentiam esse sufficientem ad peccata tollenda, quoties homo peccauerit.

Affertio 2.

DEO secundo: Poenitentia, si vera sit, non tantum semel, sed quoties homo peccauerit, sufficiens est ad tollenda peccata. Hæc etiam est de fide, vt tradunt omnes Theologi, qui hoc sensu docent poenitentiam esse iterabilem: quod æque verum est de virtute, ac de sacramento poenitentis. Et sumitur ex absolutis verbis Christi Ioan. 26. Quoties remiseritis peccata, remittuntur eis: nam licet ibi sit sermo de sacramento, tamen iam ostendit ex Concilio Tri-

Fr. Suarez tom. 5.

dentino à sacramento ad veram contritionem, esse efficac argumentum. Sunt etiam optima verba Christi Matth. capite decimo octauo. Non dico tibi, septies, sed vsque septuagies septies, vbi ille numerus pro indefinito ponitur, vt ibi annotarunt Hieronymus, & Hilarius can. 18. & Chrysostr. homilia 62. Vbi aduertit, licet ibi sit sermo ad literam de remissione iniuriarum hominum inter se, tamen per hoc significasse Christum infinitam Dei misericordiam, quæ poenitentiam hominum semper acceptat. Idem habet homilia secunda, in Psalmo quinquagesimo circa principium, vbi sic inquit, Peccasti? poenitere. milies peccasti? milies poenitere. Et in sequentibus late confirmat, neminem dum viuunt, ab hoc remedio exclusum esse. Quæ verba reprehendit Socrates libro sexto Historiæ, capite vigesimo primo, quia ipse Nouatianus erat. Eadem vero confirmat idem Chrysostr. apud Nicephorum libro secundo, historiæ capit. 36. dicens, Vel docies milies per poenitentiam respiciens Ecclesiam ingredi, ego paratus sum poenitentes admittere. Idem optime homilia vigesima quarta, & 40. ad populum. Et Dionysius Corinth. Episcopus apud Nicephorū libro quarto historiæ, capite vigesimo secundo, qui etiam alia refert libro 12. cap. 36. & multa ex Scripturis congerit Damascenus lib. 2. Parallelorum cap. 83. & Hieronymus epist. 46. & 48. & Tertullianus de poenitent. cap. 8. Vbi habet illa verba, Nemo deterior fiat, eo quod Deus bonus sit, toties remittens, quoties delinquimus.

RATIO vero est eadem, quæ in præcedenti assertionem, & quia secunda contritio non est minus bona, & consequenter nec minus efficax, quam præcedens. Peccata autem quæ præcesserunt, cum iam sint omnino deleta, non possunt obesse. Illa vero circumstantia ingratiudinis, quæ est in posteriori peccato post remissionem prioris, & non est adeo grauis, quin aliæ grauioribus per poenitentiam tollantur: & comprehenditur sub generali promissione de remittendis omnibus culpis, si de illis vera sit poenitentia. Nec denique propter hoc datur hominibus licentia peccandi. Primo quidem, quia, vt recte dixit Augustinus lib. de vera & falsa poenitentia cap. 5. multo maior daretur, si homines desperarent remissionem. Secundo, quia licet aliqui male vtantur hac Dei misericordia, non propterea debuerunt boni priuari fructu poenitentis: & in hoc magis ostendit Deus odium peccati, quia semper illud destruit, quoties homo illi cooperatur, prout potest, & debet.

Solum obijci potest, quia in decretis, & antiquis canonibus sepe dicitur poenitentiam semel tantum esse concedendam, seu non iterandam, de Poenitentia dist. 3. per multa capita, & apud Ambrosium li. 2. de Poenitent. cap. 10. August. epist. 53. & 54. Clement. Alexand. lib. 2. Stromatum, Tertull. li. de Poenitent. in principio. Chrysostr. homil. 1. ad Ephes. in illa verba, In laudem gloria, & gratia sua, & Origenem homil. 15. in Leuiticum. Respondetur, in illis decretis non esse sermonem de poenitentia, vt est virtus, vel sacramentum, & ad internam peccati remissionem ordinata: sed de quadam poenitentia solenni, quam possumus ceremoniale appellare, quoniam peculiari ritu ab Ecclesia instituto olim fiebat ad publicam satisfactionem, & ædificationem: & illa semel tantum concedebatur, vel ad maiorem terrorem, & ne contemneretur: vel forte ne aliis esset scandalum, si sæpius talem poenitentiam aliquis ageret. Quod autem post illam adhuc esset locus sacramenti poenitentis, & consequenter remissioni peccatorum per poenitentiam, certissimum est. Et specialiter constat ex Siricio Papa epist. decretal. cap. 5.

Marth. Hieron. Hilar. Chrysostr.

Socrates.

Nicephor. Damasc. Hieron. Tertul.

Rationes de 17. ostenditur conclusio.

Fundamentum hereticorum falsissimum August.

Obiis. 13. Ambros. August. Clement. Alex. Tertul. Chrysostr. Origen. Solutio.

Siricio Papa.

H Nat

Nullum esse peccatum adeo graue, quin per poenitentiam remitti possit. Assertio 3.

14
D. Thom.

Ezech.

Psal. 50.
Zach.

15
Deut.

Ioann. 20.

16

Trident.

Paulus.

Apocal.

Dico tertio: Nullum est peccatum adeo graue, nec tanta multitudo peccatorum, quæ non possint per veram poenitentiam deleri in hac vita: ita docet hic D. Thom. & oppositum dicit esse erroneum, intelligi autem esse hæreticum: quia est contra definitiones Conciliorum supra adductas. Imo contra omnia testimonia, quæ ex Scriptura attulimus. Et specialiter notari potest illa generalis promissio Ezech. 18. *Omnia iniquitatem eius non recedat labor amplius. Vbi etiam notari potest, eodem modo constitui hanc legem in remittendis peccatis per poenitentiam, quo constituitur in gratia tollenda, & meritis præteritis per subsequens peccatum, in quo nulla est exceptio, nec magnitudinis, nec multitudinis meritum: ergo neque è contrario in priori remissione habet locum exceptio alicuius peccati etiam grauisissimi, nec multitudinis peccatorum etiam maximæ. Et simile argumentum sumitur ex c. 33. Ezech. & ex illis verbis Psalm. 50. *Contritum & humilatum Deus non despicies, & ex illis Zach. 4. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Ac denique ex omnibus promissionibus de remittendis propter poenitentiam peccatis, quæ in Scriptura sine limitatione vel restrictione fit. Cur enim nos coarctabimus promissiones Dei, quas ipse amplissime concedit: cum hæc ad gratiam pertineant, quæ amplificanda potius est, quam restringenda?**

Hæc amplificatio his tandem verbis declaratur Deuter. 4. cum dicitur, *Si quaesieris Dominum, inuenies eum, si stamen cæli fueris dissipatus, inderet te Dominus Deus tuus.* Nec refert quod hæc promissiones in testamento veteri contineantur: quia non sunt propriæ illius, cum non sint de bonis temporalibus: neque ad iudicialia, aut ceremonialia præcepta pertineant, sed ad moralem vitam, & eternam sanctitatem. Vnde licet non prius fuerint scriptæ, prius nihilominus fuerunt factæ, & executioni mandatae in Adamo, & aliis, quibus in tempore legis naturæ remissa peccata fuere. Rursus nemo dubitat quin post legem veterem remittantur peccata ante baptismum commissa per poenitentiam, seu contritionem, includendo in voto baptismum: quæ remissio non fit nisi ex vi eiusdem promissionis: non est ergo abolita in lege noua. Ergo eadem ratione durat, quoad peccata post baptismum commissa cum eadem amplitudine: tum quia gratia non est diminuta in lege noua, sed aucta: tum etiam, quia tam efficax est contritio ad delenda peccata post baptismum commissa, quam ea quæ præcesserunt. Et sacramentum ipsum poenitentiae in voto ibi inclusum, tam generalem promissionem habet, sicut baptismus, iuxta verba Christi Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittantur eis.*

Ex quibus de fide certum est, sacramentum illud cum debita dispositione applicatum, valere ad omnia peccata tollenda, quantumuis graua & multa: idem ergo est de contritione, quæ in voto sacramentum illud in iudicium, iuxta doctrinam Concilij Tridentini sess. 14. cap. 4. ex quo habetur omne peccatum, quod per poenitentiae sacramentum potest remitti, auferri etiam per contritionem includentem votum eiusdem sacramenti. Præterea, eadem peccata, quæ hæreticis videntur irremissibilia, inueniuntur in testamento nouo remissa, vt de negatione Petri supra visum est: & de grauisima fornicatione, secundæ ad Corinth. 2 & 7. & 2. ad Timot. 2. ait Paulus, etiam hæreticos admonendos esse, si forte per poenitentiam resipiscant. Nec est dissimile illud Apocal. 1. & 2. *Memento vnde exideris, & age poenitentiam:* Vnde, Ioan. 2. generatim ad baptizatos

A dicitur. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, &c.* quem locum, cum aliis ad rem præsentem, optime tractat Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum, & Basiliius dicit homil. de poenit. & Ambrosius libro 2. de Poenitent. cap. 4. Denique constat hanc fuisse perpetuam Ecclesiæ consuetudinem, & nunc etiam esse, admittendi ad poenitentiam quoscuq; poenitentes, ex quo cunque statu, & genere peccati, vt sumitur ex Concilio Niceno can. 8. & ex aliis quæ referet Eusebius lib. 5. Historiæ c. 2. & lib. 6. c. 34. Rationes sunt eadem quæ superius adductæ sunt.

Locus Matth. 12. & Marc. 3. expenditur.

Solum superest, vt declarem duo testimonia, in quibus contrarius error nicebatur. Prius est Matth. 12. & Marc. 3. vbi Spiritus blasphemæ, seu blasphemia in Spiritum sanctum, vt à Theologis appellatur, dicitur non remitti neque in hoc seculo, neque in futuro. De quo peccato tractat ex professo D. Thom. secunda secundæ, quaestione 14. & alij Theologi in 2. dist. 42. & 43. Duo autem sunt exponenda. Primum, quid sit illud peccatum: Secundum, quomodo irremissibile dicatur. De primo variæ sunt expositiones. Quidam dicunt esse finalem impenitentiam, quæ omnino irremissibilis est, quia cum illa hæc vita finitur. Ita significat Augustin. de Ver. & fals. poenit. cap. 4. libro. 4. contra Cresconium cap. 8. & Epist. 50. ad Bonifacium circa finem, in expositione inchoata, Epist. ad Rom. circa finem, & in Enchiridio cap. 83. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. Alij intelligunt esse peccatum hæreticis in his, quæ specialiter pertinent ad personam Spiritus sancti. Quod significat Athanasius in Epist. ad Serapionem de Spiritu sancto Cyprianus tamen libro tertio ad Quirinum cap. 28. generaliter dicit esse peccatum in Deum. Scholastici vero explicant de peccato ex malitia & oblatione cordis. & specialiter Scotus dist. 43. quaest. 1. dicit esse oblationem peccati cum desperatione ventis, & proposito non poenitendi. Et D. Thom. iuxta eandem sententiam varias species eiusdem peccati annumerat. Vnde non est sensus Theologorum, quodcunque peccatum in Spiritum sanctum; sed illud quod speciali modo opponitur hominis sanctificationi, & remissioni peccati: quod opus Spiritui sancto appropriatur.

Veruntamen hæc expositio, sicut & alia, non sunt accommodatae contextui: quia si contextus inspicitur, & occasio quam Christus habuit ad illam sententiam proferendam, non erat sermo de his peccatis. Et ideo censo hoc peccatum proprie esse, quando ex malitia & duritie cordis, Spiritui malo tribuuntur diuina & superna naturalia opera quæ Spiritus sanctus ad confirmandam fidem, vel ad conuertendos peccatores speciali providentia operatur: nam illud est proprie Spiritui sancto resistere, vt aliis locis Scriptura loquitur. Hunc vero esse sensum illius loci, constat ex occasione, qua Christus id dixit, & ex causali, quam Marcus adiungit, *Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet, & ex Sanctorum expositionibus, Athanas. oratione speciali de hære. & oratione 2. contra Arianos circa finem, Basil. in Quaestionib. breuioribus q. 273. Hier. epist. 149. Et optime Chrysostomus hom. 42. in Mattheum.*

Iuxta hanc ergo expositionem, & ceteras præter primam, hoc peccatum non dicitur irremissibile, quia omnino tolli non possit: sed quia difficile tollitur, eo quod homini sic deposito difficile sit veram poenitentiam concipere, propter cordis obdurationem, & mentis excecationem. Ita Chrysostomus supra, & Cyprianus Epist. 52. & lib. de lapsis. Adde Vega lib. 13. in Trident. cap. 9. hoc peccatum, licet remitti

Hieronymus
Basil.

Conc. Nic.
Euseb.

D. Thom.

Quid sit
blasphemia
in Spiritum
sanctum
D. August.

Fulgent.

Athanas.
Cyprian.

Scot.

D. Thom.

18
Germanus
responsio.

Athanas.
Basil.
Hieron.
Chrysost.

Cyprian.
Vegasius
remitti

remitti possit, nunquam tamen remitti: sed de hoc non est lata lex. Vnde cum id ex libertate pendeat, non est infallibile. Imo ait Chrysostomus, fortasse nonnullos ex Iudaeis, quos Christus reprehēdebat, consecutos postea fuisse remissionem illius peccati per eiusdem Christi, vel Apostolorum predicationem. Moraliter autem loquendo, & secundum id, quod frequentius accidit, illud est verum propter causam dictam.

Advertit praeterea Chrysostomus hoc peccatum runc proprie esse, quando sine ignorantia committitur. Quare, inquit, sic qui cum spiritus iam notus vobis esse debeat, rem claram & manifestam oppugnatis. Et hoc etiam adnotavit Athanasius in dicta oratione. Et ad hunc modum accommodari potest ad hanc expositionem communis doctrina Theologorum. Denique advertit Chrysostomus hoc peccatū ideo dici non remitti in hoc seculo, neque in futuro, quia punitur in hoc seculo, & in futuro. Quod etiam significavit hic D. Thom. ad 3. cum non omne peccatum de se mereatur poenam & in hoc seculo, & in futuro. Deus enim quaedam peccata dissimulat in hac vita, ut puniat in futura: quaedam vero punit in hac vita, ne puniat in futura: hoc vero punit & in hoc seculo, & in futuro. Sicut accidit Iudaeis, quos & in hac vita punit per excidium Hierosolymitanum, & c. & in alio seculo per aeternam poenam.

Locus 1. Ioan. 5. expenditur.

Alter locus est primus Ioan. 5. Est peccatum ad mortem, non pro illis dico ut oret quis. Vbi etiam insinuat tale peccatum esse irremissibile, & ideo non esse orandum pro tali peccatore: sicut non oramus pro damnatis. Circa quod testimonium illa etiam duo explicanda sunt, scilicet quod dicatur peccatū ad mortem, & quia ratione orandum non fit pro eo qui illud committit. Et quidem Augustinus (si eius est opus) de Ver. & fals. poenit. cap. 4. intelligit huiusmodi esse omne peccatum mortale; nam proprietates vocis hoc indicat. Sed non potest sustineri expositio: tum quia peccatum, quod ibidem dicitur, non ad mortem, dicitur priuare vita: ut patet ex illis verbis, Oret, & dabitur ei vita, ergo non omne peccatum mortale vocatur ibi ad mortem: tum etiam quia illo modo non relinquitur commoda expositio posterioris partis, cum oratio pro peccantibus mortaliter frequens & usitata esse debeat. Alii ergo exponunt de alio genere peccati, ut inuidia; praesertim quando ex illa aliquis Ecclesiam, aut iustos persequitur. Sumitur ex Augustino libro 1. de Sermone Domini in monte, cap. 43. & 44. & serm. 59. de tempore, & Beda in dictum locum Ioannis, qui aiunt eum peccare ad mortem, qui post agnitam Christi gratiam, invidia facibus agitur, eandem gratiam Christi, & fratres suos prosequitur & oppugnat. Quam expositionem tetigit hic D. Thom. art. 1. ad 2. & eam non improbat. Tamen idem Augustinus eam aperte deseruit lib. 1. retractationum c. 19. & merito, quia nulla sufficienti ratione declaratur, cur tali peccato illa denominatio ad mortem tribuatur.

Ambrosius ergo libr. 2. de poenitentia cap. 8. & 9. omne peccatum speciali modo atrox & enorme, putat ita vocari, fortasse ob eam rationē, quia huiusmodi peccatum habet speciale periculum morale perpetuae mortis. Et eandem expositionem attingit D. Thom. in 1. d. 43. in fine, & q. 28. de Veritate, art. 11. ad 3. q. 3. de malo art. 5. ad 3. & super locum Ioan. eam approbat. Addunt vero, & recte, D. Thom. & Ambrosius Ioannem non prohibere absolute orare pro huiusmodi peccatore, sed per quandam exaggerationem ad declarandum periculum talis peccatoris negativae dixisse, Non dico ut pro illo oret quis. Et addit eleganter Ambrosius: Non quemlibet de populo, sed virum sanctum esse aptum ad orandum

Fr. Suarez tom. 4.

pro huiusmodi peccatore. Quod recte explicatur ex illis verbis 1. Reg. 2. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Deum peccaveris homo, quis orabit pro illo?

Vltimo vero addo ad hunc locum recte accommodari expositionem illam de peccato finalis impoenitētia quod merito ad mortem dicitur, quia in morte consummatur, & ad mortē ducit aeternam: Et tunc optime & eū toto rigore dicitur pro huiusmodi peccatore non esse orandum, quia iam est extra statum salutis. Et hanc etiam expositionem significavit Augustinus libro de Correctione & gratia cap. 12. & 1. retractationum cap. 19. & Beda in eum locum. Et fauent Gregorius 16. Moralium cap. 28. & Pacianus Epist. 3. Videri etiam potest Hieronymus in id Hierem. 14. Noli orare pro populo illo. Vbi ait, futurum esse orare pro eo, qui peccaverit ad mortem, id est, pro peccante & perseverante in peccato: seu qui vsque ad mortem emendari non vult, ut ipse exponit.

SECTIO II.

Virum in hac vita semper posse haberi poenitentia sufficiens ad remittenda peccata, in quacunque gravitate & multitudine.

In hac re fuit aliquorum Catholicorum opinio, nonnullos peccatores interdum pervenire in hac vita ad eum statum, & peccatorum cumulum, ut iam non valeant sufficientem poenitentiam agere, qua exeat ab statu peccati. Ita sentit Hiericus quodlib. 3. quaest. 1. & Abulens. in Exodum cap. 4. qu. 12. & in Deuteron. cap. 2. quaest. 10. & Medina lib. 3. de recta in Deum fide cap. 1. Cathedrus opusc. de Praedestinatione, & reprobatione: Rosenf. art. 26. contra Lutherum. Et probabile existimat Ruard. art. 7. Fundamentum huius sententiae postea videbimus. Ve autem Catholicus eius sensus intelligatur, advertendum est duo requiri ad veram poenitentiam agendam, scilicet libertatem arbitrii, & auxilium gratiae, ut constat ex certis principis fidei. Certe ergo est, in hac vita non admitti libertatem sufficientem ad agendam poenitentiam propter gravitatem, vel multitudinem peccatorum. Neque auctores citati oppositum sentiunt: esset enim manifestus error, quia peccatum nec tollit usum rationis, nec facultatem voluntatis in se minuit, sed ad summum auget habitus prauos, & inordinatos affectus, quibus nihilominus potest voluntas dominari, ut latius cum D. Thom. traditur in 1. 2. q. 87. art. 1. & 2.

Rursus ex parte gratiae duo distinguenda sunt. Vnum est virtus eius ad vincenda omnia peccata, & poenitentiam agendam, illis non obstantibus in quacunque gravitate & multitudine. Et in hoc sensu etiam est de fide non deesse virtutem gratiae ad hunc effectum, ut recte D. Thom. hic advertit: esset enim contra Dei omnipotentiam, & contra excellentiam diuinae gratiae hanc virtutem illi denegare: neque auctores citati hoc negant. Aliud ergo potest de hac gratia controuerti, scilicet, an illa, quae ad hunc effectum sufficit, semper in hac vita detur, vel praeparata sit omnibus: vel interdum aliquibus negetur propter peccata. Et in hoc est punctus difficultatis: loquor autem de gratia sufficiente, non de efficaci. Nam de hac posteriori, non est dubium, quin multis hominibus non detur: imo illis omnibus non datur, qui de facto non conuertuntur; quia gratia efficaci appellatur, quae infallibiliter habet effectum. Et de hac loquitur saepe Augustinus cum dicere videtur, interdum Deum negare gratiam hominibus, etiam sine speciali culpa eorum, ut videre licet toto libro de praedestinatione Sanctorum, praesertim à c. 5. & saepe alias.

H 2 Nunc

1. Reg. 2.

22 Al. responsa sō q. 11. m. 6.

August. 1. Beda. Gregor. acta. lateran.

1. Quorundam opinio

Heinic. Abul. Med. n. Cathedrus. Rosenf. Ruard. Duo requiruntur ad veram poenitentiam agendam.

Punctus difficultatis

August.

10 Quia dicitur peccatum ad mortem.

August.

Beda.

37 Tota resolutio Ambrosii.

Duplex sensus questionis.

Aug.

Probatur opinio ex scriptura. Eccles. Psal. 8. Hier. 6.

Reg. II. Ioan.

Caiet. Probatur ex Patribus.

Isidor. Euseb.

Gregor.

Bernard.

Aug.

Nunc vero, non est nobis necessaria disputatio de gratia efficaci, quia sufficiens satis est, ut homo possit vera & reali facultate poenitentiam agere, si velit; & ut illi attribatur, si nolit. Et de hac gratia sufficienti aiunt dicti auctores interdum denegari aliquibus hominibus propter peccata sua. Sed in hoc sensu possumus ulterius duos distinguere: vnus, ut respectu ipsarum culparum, & in poenam earum sit hæc lex generaliter à Deo statuta, ut quicumque tale peccatum commiserit, vel ad talem statum & multitudinem peccatorum peruenerit, omnino priuetur auxiliis necessariis ad poenitentiam agendam, etiam si multo tempore in hac vita uiuat; & quod potuerit, vel uoluerit, faciat ad relinquendum illum statum. Et non opinor dictos auctores locutos esse in hoc sensu, esseque nimis falsa, imo & erronea talis sententia, ut hic dixit D. Thom. Quod etiam ex dicendis à fortiori constabit. Quia constat ex Scriptura, & ex ipso usu, Deum ex omnibus hæcibus conuertere aliquando grauissimos peccatores ad poenitentiam, & in omnibus ætatibus, & temporibus, ut intelligamus nullum genus peccatorum hominum exclusum esse à misericordia Dei. Quod redds docuit Diuus Augustinus in Enchiridio capite 103. ita exponens illud primæ ad Timotheum secundo. *Deus uult omnes homines saluos fieri*, id est, ut ipse ait, *omne genus humanum per quasunque differentias distributum*, & inter alios statim ponit homines tardi cordis, in moribus omnibus, & in uoluntatum, conscientiarumque mirabili uarietate confusus. Et subiungit hoc esse signum à posteriori, ut de nullo statu peccatorum desperandum sit, quod ex omni genere saluat eos D. E. V. S. Et in libr. de Prædestinatione & gratia capite decimo quarto, & decimo quinto (si eius est) eleganter id declarat per comparationem Pharaonis, & Nabuchodonosor, qui fuerunt grauissimi peccatores, & valde similes in statu, obduratione, &c. Et tamen vnus obtinuit gratiam agendi poenitentiam, & non alius. Itaque non est lex de hoc statuta respectu culparum ipsarum.

Nihilominus potest esse alius sensus, quem dicti auctores intendunt, scilicet, respectu personarum aliquarum ita Deum se habere, ut eis denegat talia auxilia propter sua peccata, quamuis aliis habentibus similia, vel maiora, non denegat. nam cuius uult miseretur, & quem uult indurat, ad Roman. 9. dicitur. Fundatur hæc opinio sic declarata in aliquibus locutionibus Scripturæ, ut est illa Ecclesiast. 7. *Considera opera Dei, quia nullus potest corrigere, quem ipse despexerit*. Vnde est illud Psalm. 8. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum; ibunt in adinventionibus suis*. Et Hierem. 6. *Erudite Hierusalem, & forte recedat anima mea à te*. Et infra, *Agnum reprobum uocauit eos, & capite quinquagesimo primo, Cur auimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & Iosue. 11. Domini enim sententia fuerat ut induerentur, & Ioann. 12. Propterea non poterant credere, qui dixit Esaias: Ex caeca cor, &c. Vbi Caietanus notat illos non potuisse credere ex defectu gratiæ præuenientis. Et hos modos loquendi imitatu sunt aliqui Patres, præsertim Isidorus libro secundo, de Summo bono cap. decimo quinto, diceps. Nonnulli ita despicuntur à Deo, ut non possint mala plangere, etiam si uelint. Et Euseb. libro octauo, de Demonstratione capite secundo dicit, Deum expectare aliquos vsque ad certum terminum peccatorum, & postea omnino illos deserere. Et de his ait Gregorius 11. Moral. capite quinto, quod licet exterius uocem audiant, interius gratia Dei non tanguntur. Quod etiam asseruit Bernardus in serm. de Nimia fallacia huius seculi, & in speciali de Pharaone. Idem dixit Gregorius libro 31. Moral. cap. vndecimo. Et habetur etiam nomine Augustini in illo libro de Prædestinatione & gratia cap. decimo quarto, & in choata expositione epistolæ ad Rom. ex-*

presius id docet idem Augustinus propositione 62. dicens ita fuisse desertum Pharaonem, ut iam impenitentia non imputaretur ei ad culpam, sed ad poenam.

Ratio uero huius sententiæ est, quia peccata merentur totam hanc poenam: & expendit ad ostensionem diuinæ iustitiæ, & ad errorem aliorum, ut interdum Deus illa utatur. Et confirmatur, nam aliquando maiori poena afficit Deus peccatorem: maior enim poena uideretur miraculose interficere hominem actualiter peccantem; uel etiam uiuum demergere in infernum: quod aliquando Deus fecit. Tandem confirmatur, quia aliquando Deus aliquos ita confirmat in gratia, ut cadere non possint: ergo aliquos etiam ita deserit in peccatis, ut surgere non possint. Nam, si consideremus statum huius uitæ, ad utrumque indifferens est: si uero Dei prouidentiam spectemus, expedit ut iustitia non minores effectus habeat, quam misericordia.

Secunda sententia.

Secunda sententia est, non solum ueram poenitentiam esse sufficientem ad omnia peccata tollenda, sed etiam in hac uita semper esse hominibus paratam sufficientem gratiam ad talem poenitentiam agendam; nullamque esse admittendam exceptionem, uel in culpa, uel in personis, quantum uis peccauerint. Hæc est sententia Diui Thomæ hic. Quæ sumitur ex Alexandro Ales. 4. part. quæst. 13. membr. 4. articulo secundo & quæst. 14. membr. 5. articulo 2. & sequentibus. Alesiod. libr. 3. Summæ tractatu 2. cap. 2. quæst. 5. & libr. 4. tract. 6. cap. 1. quæst. vltima. Clarius & latius Medina tract. 1. de Poenit. quæst. 11. & Soto in 4. dist. 15. quæst. 1. articulo 2. & 1. de nat. & grat. ca. 8. Ferrar. 3. cont. gent. ca. 159. & Petrus Soto lect. 5. de poenitentia, Vega libro 13. in Trident. cap. 12. & 13. Driedo libr. de Captiuitate & redemptione generis humani tractat. 5. à principio. præsertim capite tertio & Ruardus supra, hanc sententiam magis probat.

Fundamentum præcipue sumitur ex generalibus locutionibus, & promissionibus Scripturæ, ut est zech. 18. & 33. *Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur*. & *Nunquid uoluntati meæ est mors impij*. Vbi Hieron. aduertit illud dictum esse ad tollendam desperationem, quia Deus ex se semper est paratus ad uitam præstendam. Ierem. 3. est optimum de hac re testimonium. *Frons meretricis facta est tibi, noluisse erubescere: ergo saltem amodo uoca me: & infra. Reuertere aures tuas Israel, dicit Dominus: & non auertam faciem meam à uobis, quia Sanctus sum ego, dicit Dominus: & non irascar in perpetuum*. Quæ uerba & multa similia, quæ ibi habentur, exhortationem & promissionem continent: quæ aperte supponunt peccatores etiam grauissimos posse conuerti: alias tota illa esset quædam fictio, potius quam diuinæ misericordiæ declaratio. Et idem ualere similitudo illa Isai. 49. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, &c.* Præterea cum Matth. 9. dicitur, *Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam*, indefinita locutio æquiualeat uniuersali. Quæ habetur c. 11. *Uenite ad me omnes*.

Quia uero dici potest has generales regulas, quæ interdum patiuntur exceptionem, ad dere possumus ea loca, in quibus homines maxime obdurati & desperati eodẽ modo ad poenitentiam trahuntur quantum est ex parte Dei. De qua re sunt optima c. 11. & 12. Sap. ubi inter alia sunt illa uerba, *Simulans peccata hominum propter poenitentiam*: Quorum uerus sensus est, expectans & patienter agens, ut clarius dixit Petrus 2. Canon ca. 3. *Ut homines quantum uis prauos ad poenitentiam prouocet: ita ut illud, Propter, dicat causam finalem*. Cui consonat illud Pauli ad Roman. 2. *Ignoras quia benignitas Dei ad poenitentiam te adducit: & subdit, Tu autem secundum duritiam tuam, & imperentem cor, &c.*

Ratione suadetur.

D Thomæ Alesiod. Medin. Soto. Ferrar.

Pet. Sot. Vega. Driedo.

Ruard.

Probatur ex Scriptura. Ezech. Hieron.

Ierem.

Isai. Matth.

Sapient.

Petrus.

Paulus.

Vt

Ve declaret quamcunque impenitentiam & duritiam cordis non defectui diuini auxilij, sed prauo liberatis vsui esse tribuendam.

9
Probatur ex
ca. 1. de
Con. Lat.
Trident.

Hinc etiam Concilia absolute & sine limitatione definiunt semper in hac vita dari locum poenitentiae agenda; vt specialiter videre licet in Concilio Trident. & habetur in cap. Firmius, de Summa Trinit. Et sumitur ex Concilio Tridentino, tota sess. 14. & sess. 6. cap. 14. vbi etiam habet illud principium: In hac vita neminem deserit a Deo, nisi prius ipse Deum deserat. Sunt etiam Patrum frequetes similes loquutiones generales. quas prolixum esset referre. Nonnulla tamen verba magis specialia notari possunt, vt apud Cyprianum lib. 4. Epist. 2. & ad Demetrianum sic inquit. Quando istinc excessum fuerit, iam non

10
Probatur ex
Patribus
Cyprian.

erit locus poenitentiae: hic vita aut amittitur, aut tenetur, neque quisquam aut peccatis retardatur, aut annis. Idem habet sermo de Passione Domini, & de ablutione pedum. Quod etiam habet Chrysostomus homilia 4. de Lazaro, & in Parenesi de poenitentia: August. lib. de Poenitentia medi. cap. 5. Adhuc in hac vita es, &c. Qui etiam epist. 59. quat. 2. generaliter ait, Voluntas dei nunquam in hac vita desit iustis, speratque mortalium, & libro tertio de libero arbitrio cap. 19. dicit, Deum omnes ad se vocare per creaturam sibi seruientem, & libro de Praedestinatione & gratia cap. 14. sub nomine Augustini dicitur, Si pie de Deo sentiamus etiam Pharaoni non denegauit misericordiam suam. Statim vero cap. 15. subdit, non tantum interius vocasse, quam exterius flagellasse, quae minus idonea est ad salutem via: sed non propterea intelligit ei denegasse auxilium sufficiens, sed efficax & congruum.

Aug.

10
Greg.

Quomodo intelligendus etiam est Gregorius libro 21. Moral. cap. 11. cum de eodem Pharaone loquitur, dicit Deum non emoluisse cor eius gratia interiori, desuper infusa. Apertius vero Origenes libro septimo, ad Roman. tractans verba illa cap. 9. Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat, ait, Deum etiam ipsi Pharaoni non denegasse facultatem poenitendi: & aliis locis veritatem hanc confirmat. Sed in eo grauius errat, quod etiam ad damnatos hoc extendit, vt videre licet lib. tertio Periarcho. c. 1. sed de hoc alias. Apud alios etiam Patres vniuersale axioma est: Quandiu hac vita durat, locum poenitentiae concedi, & auxilium ad illam agendam non negari, vt videre licet apud Gregorium lib. 17. Moral. cap. 4. vbi tractans illa verba Iob, Dedit Deus locum poenitentiae, inquit: Quisquis delinquit, & viuit, idcirco hunc diuina dispensatio in aequitate tolerat, vt ab iniquitate compescat. Idem late Epiphanius haeresi 59. Leo Papa Epist. 9. Fulgentius epist. 7. Prosper ad obiectiones Vincentianas, responsione 25. Nemini (ait) Deus correctionis admittit viam, neque quaequam boni possibilitate spoliat. Subdit vero haec verba: Qui se auerit, velle, & posse sibi substat: quod intelligitur, vel quantum est ex se, & suo merito: vel facit sensum compositum, seu includit conditionem: Si in tali auersione perseuerare velit. Denique etiam quae supra adduxi, vt ostenderem non requiri certum tempus ad contritionem.

Greg.

11
Epiphanius
Leo
Fulgent.
Prosper.

Ratio autem pro hac sententia est a priori diuina promissio, orta ex misericordia, & fundata in iustitia Christi. Declaratur autem a posteriori ex statu hominis quandiu hic viuit: semper enim est in statu viatoris: est autem de ratione viae, vt in ea semper possit ad terminum accedi: ergo repugnat huic statui, quod homo priuetur potestate accedendi ad terminum: ergo & quod priuetur omnibus auxiliis necessariis, sine quibus potestatem non habet.

11
Ratione
probatur.

12
Ad fundam.
mentum con.
tritionis
sententia.

Ac propterea, licet peccatum dignum sit omni hac poena; tamen neque ad iustitiam, neque ad prouidentiam Dei pertinet illam praebere in hac vita, quia valde repugnat statui viatoris. Et ideo quanuis Deus aliquando interficiat hominem corporaliter

Et Suarez tom. 4.

A propter peccatum, id non repugnat: quia tunc finitur via eius, & sepe expedit ad committendum bonum, vt huiusmodi poena, maxime cum publica sit, & sensibilis. Tamen tunc ita se gerit Deus cum illo homine, vt si in illo puncto mortis vellet poenitentiam agere, illi non desset auxilium. Denique in hoc est valde diuersa ratio de confirmatione in gratia, & de hac diuina desertione: nam qui confirmatur in gratia, semper magis, ac magis potest tendere per viam, donec perueniat ad terminum: & hoc est per se requisitum ad statum viae: posse autem cadere, seu defletere a via, est per accidens: & ideo nihil obstat quod confirmatus in gratia priuetur potestate peccandi, quod est tantum a via defletere. Quanuis fortasse non priuetur absolute potestate peccandi, sed ita custodiatur & gubernetur, vt nunquam illa utatur, idque infallibiliter: & ideo dicitur non posse, vt est sub tali protectione Dei. At vero si homo priuaretur auxiliis necessariis, simpliciter priuaretur potestate, in ordine ad id quod est per se primo requisitum in via, scilicet in accessu ad terminum ad quem. Accedit etiam, quod confirmatio in gratia est opus misericordiae, & non repugnat iustitiae, nec statui viatoris, vt declaratum est: confirmatio autem, seu potius oblatio in peccato, licet videatur esse opus iustitiae, tamen est quaedam iniustitia, seu poena excedens statum viae, ideoque non est consentanea prouidentiae diuinae, & repugnat misericordiae eius.

C Atque ita tandem concluditur, absolutam impotentiam poenitentiae non posse inueniri in homine, dum in hac vita viuit, & ratione vii potest: quia vel illa impotentia ex eo occideretur, quod peccata obruerent libertatem, & omnino determinarent illam: & hoc non secundum fidem, vt ostensum est. Neque etiam potest illa impotentia oriri ex eo, quod gratia non sit potens ad corrigendam voluntatem: quod etiam est de fide certum, cum oppositum repugnet Dei omnipotentiae. Nec denique potest provenire ex eo quod homini denegetur sufficiens gratiae auxilium, vt ostensum est: ergo nullo ex capite potest homini esse impossibile in hac vita poenitentiam agere.

13
Semper est
in hac vita
locus poenitentiae.

D Et confirmatur vltimo, quia in hac vita nunquam cessat praecipuum poenitendi, & praecipuum etiam sperandi, quibus repugnat talis priuatio seu carentia totius auxilij. Imo quodam modo tota certitudo nostrae spei labefacteretur: nam vnusquisque formidare poteritne iusto Dei iudicio priuatus sit huiusmodi auxiliis. Atque haec videtur esse tota offensio huius opinionis, quam propterea aliqui existimant ita certam, vt contrariam vocent nunc temerariam, nunc impiam. & D. Thomas hic absolute vocat & roneam. Sed, vt opinor, locutus est, iuxta alios sensus in principio a nobis notatos. Quocirca, licet haec posterior sententia absolute mihi placeat, & prior falsa videatur; non tamen digna maiori censura.

14
Confirmatur.

Vt autem totam rem magis declarem, & exponam Scripturas, & Patres quos afferbat prior sententia, aduerto primo, duo esse auxilia necessaria ad poenitentiam agendam, scilicet excitans, & adiuuans: & sub hoc posteriori membro comprehenditur concursus Dei proportionatus actibus supernaturalibus: sub priori vero comprehenduntur omnia auxilia, quae praeuientia dicuntur. Rursus haec auxilia praeuientia duobus modis solent a Deo dari: primo per media ordinaria, & causas vniuersales & particulares ab ipso constitutas ad hoc munus: vt homines fideles ordinatim excitat Deus per ea media, quae sunt in Ecclesia: infideles autem per praedicationem Euangelij, humano & sensibili modo factam, iuxta illud. Quomodo audiet sine praedicatione, & Fides ex auditu, ad Roman. 10. Modo autem extraordinario dat Deus hanc gratiam, vel omnino

15
Quaedam
proposanda pro
resolusione
questionis.



interius, vel aliquando per sensibilia signa, ut verbi gratia, in vocatione Pauli. Præterea observare oportet, iuxta vsum rigorosum terminorum, aliud esse Deum ex se denegare alicui gratiam suam, aliud vero actu non dare: nam hoc secundum tantum significat, quod talis gratia actu & re ipsa non ponitur in homine, hoc vel illo tempore, quod sanz propter occurrentia impedimenta frequentissime contingit in omni genere gratiæ. Denegare autem, ut nunc sumitur, addit absolutum decretum diuinæ voluntatis, quo statuit non dare amplius talem gratiam quidquid homo operetur, vel quomodo cunque causa secunda illam postulet, aut requirant: & de hoc modo denegandi gratiam sufficientem ad penitentiam propter commissa peccata, est tota controuersia.

Deum non denegare adiuuantem gratiam homini iam excitato. Assertio 1.

IN qua primo certum esse existimo, Deum, quantum est ex se, non denegare adiuuantem gratiam, seu concursum supernaturalem homini iam excitato, seu habenti supernaturalem principium proximum ad operandum. Hanc assertionem sumo ex August. lib. 2. de Peccatorum meritis, & remis. c. 17. vbi ait, hominem non recipere gratiam adiuuantem, in ipso esse, & non in Deo. Item sumitur ex illo certo principio, quod Deus neminem deserit, nisi prius ipse deseratur ab homine. Præterea est contra legem ordinariam prouidentis, Deum negare concursum habenti principiū. Vnde etiam in naturalibus Deus id non facit, nisi aliquando superflue Deus daret excitantem gratiam, si denegaturus esset concursum, cum illa gratia solum detur propter supernaturalem operationem, quæ fieri non potest sine proportionato concursu. Denique illa denegatio talis concursus videtur propria status damnatorum, & repugnans statui viæ.

August.

17
Obiectio
contra præcedentem.

Hic vero obiecti possunt illa verba. 2 Machab. 9. vbi de Antiocho dicitur, *Orabat selestus Dominum, à quo non eras misericordia consecutus.* & illa ad Heb. 12. vbi de Esau dicitur, *Non inuenit penitentia locum, licet cum lacrymis quasi uisisset illum.* Item, Deus aliquibus non dat concursum actualem ad penitentiam: ergo ab æterno voluit non dare: nam quidquid in tempore fit, vel non fit, ab æterno est ita dispositum per positam voluntatem Dei: ergo denegat, quia denegare, ut dixi, nihil aliud est quam non dare ex decreto diuinæ voluntatis.

18
Explicatur
testimonia.

Respondetur ad primum testimonium, Antiochum non orasse petendo veram penitentiam, vel concursum, aut gratiam adiuuantem ad illam: sed petendo salutem corporis, ut patet ex illis verbis, *Non desperans memetipsum, sed spem multam habens fugiendi infirmitatem.* & ideo mirum non est, quod non fuerit misericordiam consecutus: tum quia oratio de bonis temporalibus non semper est infallibilis: tum etiam propter circumstantiam petentis iniquissime. Et (quod obiter notandum est) quia interdum corporalis infirmitas ita datur in penam præcedentis peccati, ut Deus nolit illam remittere, quantum uis oretur, vel etiam si homo veram penitentiam peccati agat: quia propter penitentiam non semper remittuntur nonnulla testimonia adducta in priori sententia, in quibus significatur Deum statuisse punire absque spe remissionis aliquos populos post completam malitiam eorum: loquuntur enim de punitione, quæ in hac vita fit in temporalibus bonis. Et hæc responsio sumitur ex Diuo Thoma in hoc articulo ad primum. Vbi etiam respondet ad alterum testimonium de Esau, illum non vere penituisse. Sed addendum est, in illo loco, neque esse sermonem

D. Thom.

de penitentia Esau, nec de penitentia prioris facti, scilicet, benedictionis quam receperat Iacob: hanc enim petebat Esau, & obtinere non potuit.

Ad rationem potest dici primo, circa negationes quæ in tempore sunt, non esse necessariam positivam voluntatem Dei, sed sufficere negationem voluntatis, sic enim multi dicunt alium mundum non esse creatum, non quia Deus positivè voluerit illum non creare, sed solum quia non habuit voluntatem creandi. Secundo admitto in Deo illam voluntatem, dico tamen illam non esse antecedentem, sed consequentem præsentiam futuri effectus, seu repugnantie liberi arbitrii. Itaque Deus voluntate antecedente quantum est ex se, voluit concurrere, non tamen omnino efficaciter, & absolute: sed includens conditionem, *Si voluntas humana cooperaretur*, præuidens autem non cooperaturam, voluit, & consentit, ut in re non reciperet talem concursum in actu secundo: hæc autem voluntas non satis est, ut Deus dicatur denegare concursum, cum ex se paratus esset ad dandum.

19
Rationi
occurrit.

Deum de se non denegare auxilia excitantia necessaria ad salutem. Assertio 2.

Secundo dicendum est, Deum de se non denegare auxilia excitantia necessaria ad salutem, saltem quantum per ordinarias causas, & media instituta ab ipso fieri possunt. Hæc est contra primam sententiam, & multo magis contra Greg. in 1. d. 46. vbi non solum post multa peccata actualia, & in penam eorum, sed etiam propter solum originale, dicit denegasse Deum multis hominibus auxilia sufficientia. Eamque sententiam Augustino tribuit: Sed reuera est valde falsa, & repugnans pietati diuinæ, & illi voluntati, qua dicit, se velle omnes saluos fieri, & vniuersali Christi redemptioni: sed contra illam sententiam in eo sensu in materia de prædestinatione, agendum est. Nunc Assertio posita valde consentanea est Augustino in libro de Correptione, & grat. cap. 5. & 6. Et mihi videtur satis probari testimonio, & rationibus adductis pro secunda sententia: & proxime adductæ in præcedenti Assertione possint hic applicari.

20

August.

Nihilominus addo, non esse censuram dignum qui dixerit, ita se gerere Deum cum aliquibus hominibus, ut non det illis actualem excitationem supernaturalem propter eorum peccata, vel in aliquo, vel in toto vitæ tempore. Non est enim ab hac sententia alienus D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. ad primum, & q. 10. art. 1. iuncto corpore cum solutione ad 1. Et induci ad hoc potest testimonium Pauli 1. 4. vbi cum dixisset despexisse Deum quasdam gentes infideles, quasi d limitans subdit, *Non tamen sine testimonio reliquit semetipsum, dans eis pluuias, &c.* Vbi nullam mentionem facit supernaturalis illuminationis, sed solum effectum naturalium, per quos possent in cognitionem creatoris deuenire, & maiora dona non impedire. Ratio autem esse potest, quia, licet homo non possit suis viribus solis se præparare ad gratiam: potest tamen obstaculum ponere etiam primæ vocationi, & excitationi, ut docuit D. Thom. 3. contr. gent. cap. 159. si atente legatur: non enim agit de sola gratia habituali, sed simpliciter de tota gratia iustificationis, ut à prima vocatione incipit: vel saltem de tota illa potest intelligi, ut etiam Ferrar. ibi sentit. At vero sunt multi homines, qui vel à principio vitæ, vel in discursu eius multiplicando peccata, ponunt obstaculum huic gratiæ, ergo licet in re ipsa non detur aliquibus, id non imputabitur Deo, sed ipsi homini ponenti obicem. Et ideo absolute etiam verum erit, talem hominem habere posse hanc gratiam, quia, si non poneret obstaculum, haberet illam: posset autem non ponere, cum libere peccet: ergo

21

D. Thom.

Ahor.

stat

SECTIO III.

In quo genere cause poenitentiae remittat peccatum.

Dixi poenitentiam esse causam remissionis peccati. Nunc explicandum est genus causae. Et quoniam constat genus causae finalis hic non habere locum, nam in illo potius poenitentia est effectus remissionis peccati, dicam de aliis tribus generibus.

Poenitentiam esse causam dispositivam remissionis peccati. Afferio 1.

ET primo certum est poenitentiam esse causam dispositivam remissionis peccati, quae causa ad materialem reducit. Hanc assertionem docet D. Thom. Th. in his articulis, & infra quaestione 89. artic. 1 ad 2. & artic. 2. in corpore. Et eam late probavi in 1. to. 3. part. disp. 4. sect. 8. ubi praecipue expendi testimonia Concilii Trident. sess. 6. cap. 14. quae sunt expressa de hac re. In quibus hic solum advertendum est, poenitentiam non tantum esse dispositionem ad infusionem gratiae & habituum: sed etiam ad ipsam remissionem peccati: tum quia Concilium ait esse dispositionem ad ipsam iustificationem, & postea declarat iustificationem includere illa duo, scilicet, infusionem gratiae, & remissionem peccati: tum etiam quia per gratiam expellitur peccatum formaliter: si ergo poenitentia est dispositio ad infusionem gratiae, erit etiam ad remissionem peccati.

Dubitatur autem à Theologis, an poenitentia habeat hoc genus causalitatis, ut est informis, vel ut est formata. Scotus enim in 4. dist. 17. asseruit contritionem, ut informem, quam idcirco ipse attritionem appellat, esse causam huiusmodi remissionis peccati. Soto vero dist. 15. q. 1. art. 6. hoc reprehendit, quia contritio (inquit) ut informis, non est meritoria de condigno, sentiens ad causandum dispositivae remissionem peccati, esse necessarium meritum de condigno. At vero fundamentum hoc omnino falsum est. Primo quidem, quia illae sunt diversae causalitates, quae non habent inter se necessariam connexionem. Nam fidelis existens in peccato mortali, si efficiat actum fidei intensiorem habitu, se disponit ad augmentum eius, & illud obtinet, quantum de condigno non mereatur. Secundo & praecipue, quia si illud verum esset, nullo modo esset contritio, dispositio ad remissionem peccati, neque etiam ut formata, quia nec illa etiam est meritoria de condigno remissionis peccati, ut est certa doctrina, & inferius dicam. Quod si forte quis respondeat dispositionem ad remissionem peccati debere esse meritoriam de condigno, non ipsius remissionis, sed alterius rei: hoc in primis, & incertum est, & valde materiale, seu accidentarium ad rationem dispositionis: unde non est necesse ut conveniat actui illi, quatenus antecedit ut dispositio, sed ut subsequatur, & aliquo modo perficitur per sanctificantem gratiam. Vera ergo est sententia Scoti: imo oppositum plane reputat, quia contritio, ut formata, supponit iam & gratiam infusam, & remissum peccatum: ergo ut sic non potest esse dispositio ad remissionem peccati. Patet consequentia, quia ut sic est natura posterior: causa autem debet esse prior: contritio autem ut informis, est prior natura quam gratia, & quam remissio peccati: ergo, ut sic, est dispositio ad talem effectum.

Dices, inter infusionem gratiae & remissionem peccati est etiam ordo naturae, & infusio gratiae simpliciter censetur prior: ergo huiusmodi gratia prius etiam natura informat contritionem: ergo illa contritio, ut sic formata erit dispositio ad remissionem peccati. Respondeo primo, eodem modo posse

H 4 retor-

stat hominem ex parte Dei habere paratum auxilium excitans sufficiens, & in reatum non recipere. Et confirmatur, quia non tenetur Deus uti extraordinaria, aut miraculosa providentia, ut alicui homini tribuat gratiae auxilium: fieri autem potest ut per causas ordinarias lumē gratiae ad aliquem non perueniat: ergo mirum non erit, si Deus illum relinquat sine internis excitationibus gratiae, praecipue si hoc ipsum specialiter mereantur eius peccata.

Verissimilius esse Deum nemini denegare excitantem gratiam. Afferio 3.

Nihilominus addo tertio, Deū semper ita se gerere cum hominibus adultis, ut neminē ita relinquat, quin aliquando oportuno tempore iuxta suae providentiae dispositionem tangat cor eius, ita ut possit homo cooperari, & se disponere, vel ad remissionem peccati, vel saltem ad aliquod donum gratiae, quo paulatim perueniat ad ultimam dispositionem. Hoc intendit posterior opinio, quam omnino veram existimo, magisque consentaneam fidei, ac pietati, & suavi providentiae Dei, & generalibus locutionibus Scripturae, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ego sto ad osium, & pulso, & similibus. Declaraturque breuiter, quia si homo habet fidem, per illam excitari potest: ipsa autem, moraliter loquendo, aliquando mouetur per ordinariam media, & obiecta externa. Item qui habet fidem, potest orare cum communi auxilio gratiae: oratio autem habet promissionem certam, si cum debitis circumstantiis fiat. Si vero homo non habet fidem, aut aliquid de illa audiuit, & tunc per illum stabit, si non adhibeat diligentiam ut ad fidem perueniat, nam cum illo auditu semper est coniuncta aliqua interior excitatio gratiae. Si vero homo nihil audiuit de fide, fortasse non semper recipiet interius excitationem circa supernaturalia obiecta, recipiet tamen aliquam motionem gratiae, qua ad vitam emendationem, vel errorum obiectionem aliquo modo inducatur; cui, si bene cooperetur, maiorem recipiet: si autem restiterit, liberum erit Deo, vel ultra progredi, vel ibi sistere. Confirmatur, quia nisi homo lapsus habeat saltem hoc auxilium, non potest non saepius peccare, in hoc enim sensu dixit D. Thomas, lib. 3. Contra gentes c. 161, non posse huiusmodi hominem nullum omnino ponere impedimentum gratiae. Dicit autem omnino, quia licet possit vnum, vel alium actum peccati ad breue tempus vitare, non tamen omnia peccata, & quodlibet ex se est sufficiens ad impediendam gratiam. Ergo, ut homo lapsus absolute possit saluari, oportet, vt excitans gratia illi aliquando detur.

Atque ex his tandem facile est intelligere testimonia quae in prima opinione adducta sunt. Ad quae Petrus Soto vno verbo respondet, ideo dici Deum deserere homines illos, quia praevidens eos fore obdurandos, & damnandos cum talibus auxiliis, non dat maiora. Sed hoc non satis est, quia hoc commune est omnibus reprobis, & fere solum est negare auxilium efficac. Et ideo addendum est, huiusmodi homines ita esse dispositos, & prave affectos ut cum ordinaria providentia moraliter illis sit difficilimum converteri: praesertim si Deus ita se gerat cum illis, vt nunquam det eis gratiam vberiore, sed solum quam ordinarie dare statuit, aut per exteriorē vocationem, aut per interiorē. Addo etiam, interdum Deum aliqua operari cum huiusmodi hominibus, quae per se quidem conferunt ad salutē: praenidet autem Deus illos ex malitia sua esse deteriores efficiendos, & nihilominus id permittit: & ideo dicitur eos relinquere: & moraliter etiam dicuntur esse in statu, in quo non possunt saluari: sed de hoc puncto plura diximus alibi de reprobatione disputantes.

Thom. 1. 2. art. 3.

23. Quia in prima opinione adducta sunt.

2. D. Thom. Conc. Trid.

3. An hoc habeat, ut est formata, an ut informis. Scot. Soto.

4. Scoti sententia approbatur.

Obi.

et queri argumentum : nam etiam remissio peccati in genere causa materialis, dicitur esse prior natura quam infusio gratiae, ergo ut sic contritio informis erit dispositio ad illam. Deinde vera responsio est, illam mutuam habitudinem inter infusionem gratiae & remissionem peccati (quae fortasse magis est secundum praecisionem & considerationem rationis, quam secundum realem causalitatem) reperiri inter eas collatas inter se, non vero comparatas ad contritionem : quia gratiae infusio & remissio peccati considerari possunt, ut mutae ad invicem causa in diversis generibus, nam infusio gratiae est causa formalis remissionis peccati, remissio peccati est causa materialis infusionis gratiae. At vero respectu contritionis secundum se se spectata, neutra habent causalitatem, loquendo de infusione gratiae habitualis, & sanctificationis : & quia prioritas naturae in praesenti nihil est nisi ordo causalitatis : ideo illa mutua prioritas consideratur inter gratiam & remissionem peccati inter se, non vero ut comparata ad actum poenitentiae, quia est dispositio ad illa duo. Adde etiam, donec intelligatur remissum peccatum, nondum intelligi actum poenitentiae perfecte formatum, quia nondum intelligitur persona perfecte sanctificata, & exera statum inimicitiae divinae, in quo nullus potest esse actus formatus.

Solutio.

Quomodo poenitentia habeat hanc causalitatem.

Rursus inquiri solet circa hanc partem, an poenitentia habeat hanc causalitatem materialem, seu dispositivam, prout est à libero arbitrio tantum, vel prout est à gratia tantum, vel prout est ab utroque. Aliqui enim primum affirmant, quia ille actus prout est à gratia, potius est forma expellens peccatum, quam dispositio. Alii affirmant secundum, quia liberum arbitrium non potest habere causalitatem in remissionem peccati, alias homo sanctificaret se, & à se expelleret peccatum. Unde D. Thom. hac quaest. 86. art. 4. ad 2. hanc differentiam ponit inter remissionem culpae cum poena aeterna, & remissionem poenae temporalis, quod illa est à sola gratia operante, haec vero à gratia cooperante & libero arbitrio : significat ergo remissionem peccati nullo modo esse à libero arbitrio, & cooperante gratia.

Nihilominus utraque sententia falsa est : tertia autem omnino vera, scilicet, poenitentiam habere hanc causalitatem ut est à gratia, & libero arbitrio simul. Quod late ostendi in citato loco 3. part. disp. 4. sect. 3. Et ideo breviter probatur ex doctrina Concilij Tridentini sess. 6. ubi definit, & hanc dispositionem haberi non posse sine gratia, & liberum arbitrium se habere ad illam efficiendo, seu cooperando. Erratio est, quia hic actus non est dispositio nisi ut supernaturalis : ergo ut à gratia : neque est dispositio nisi ut vitalis & libera mutatio voluntatis : ergo ut à libero arbitrio : ergo utrumque respectum essentialiter includit, ut dispositio est. Neque est verum, illum actum ut supernaturalem, esse formam formaliter expellentem peccatum, ut statim dicam, sed esse formam disponentem : nam causa disponentis, licet respectu formae ad quam disponit, dicatur materialiter comparari, tamen respectu subiecti, quod E preparat, est vera forma informans. Neque etiam est inconueniens concedere hominem diuina gratia excitatum & adiutum, se ipsum sanctificare. Ita enim loquitur Scriptura Ezechiel. 18. & 33 Ipse animam suam uiuificabit, & prima Ioan. 3. Qui habet hanc spem sanctificat se. Quamuis ad tollendam æquiuocationem melius dici possit, hominem cooperari ad suam sanctificationem, sed gratiam eleuare liberum arbitrium ad hunc effectum : quomodo dicebat Paulus, Non ego, sed gratia Dei mecum. De loco autem D. Thomae statim dicam.

Ezechiel. 1. Ioan. 3.

Poenitentia non remittit.

Quid de causalitate formali.

Secundo dicendum est de causalitate formali, an scilicet, perfecta poenitentia, quae amorem Dei sus-

per omnia aliquo modo includit, sit etiam causa formalis remissionis peccati. Quam quaestionem late nunc disputarem, nisi id praestitisset in citato loco 3. partis : & ideo breuiter respondeo, huiusmodi actum poenitentiae non esse causam formalem remissionis peccati. Quae est sententia omnium antiquorum Theologorum. Et primo sequitur aperte ex praecedenti resolutione : quia causa dispositiua, & formalis respectu eiusdem effectus non coincidunt in eandem numero, quia dispositio non disponit ad se ipsam, nec ad suam formalem effectum, sed ad aliam formam, & effectum eius : sed poenitentia est causa dispositiua ad remissionem peccati, & ad formam, per quam illa fit : ergo non est causa formalis illius effectus. Quae ratio nem totam conuincunt illa uerba Concilij Tridentini sess. 6. cap. 7. Hanc dispositionem infusio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, &c. & quod sess. 14. cap. 4. dicit contritionem preparare hominem ad imperandam remissionem peccati : actus enim non imperat suum effectum formalem, sed per se confert illum.

Forma peccati.

Trident.

August.

Secundum, quia causa formalis huius effectus nobis inhaerens, est uerba, ut expresse dicit Concilium priori loco : sed illa causa est gratia nobis infusa cum suis donis, ut idem Concilium ibidem docet, euidenter illam gratiam distinguens à tota dispositione : tum quia dicit confecti ad illam : tum etiam quia docet infundi iuxta mensuram dispositionis : tum denique quia ait sacramentum esse instrumentale causae eius, quod non est verum de ipso actu : ergo forma remittens peccatum non est actus ipse, sed gratia sanctificans, seu habitualis : quam propterea Augustinus vocare solet gratiam remissionis peccati, ut ex Epist. 105. & alijs locis colligitur. Tertiò ratio à priori est, quia noster actus per se ipsum non habet vim ad restituendum hominem ad priorem statum, neque ad satisfaciendum Deo condigne : & ideo remissio peccati non potest formaliter esse à nostro actu, sed à gratia Dei. Quae rationes potissime probant hunc actum non esse causam formalem totalem, & (ut ita dicam) physicam huius effectus, ut aliqui putarunt, dicentes, sicut lumen physice informando expellit tenebras, ita contritionem expellere culpam. Ex quo sequitur expulsionem culpae ex parte Dei non esse speciale beneficium, aut gratiam ab ipsa contritione distinctam : quod esse omnino falsum dicto loco ostendi.

Modus loquendi quorundam improprie probatur.

Et ideo alii minus improbabiler dixerunt, remissionem quidem esse aliquid distinctum à contritione, tamen secundum connaturalem ordinem esse debitam ipsi contritioni tanquam forma naturaliter informanti. Veruntamen, quamuis hoc possit ex parte pertinere ad modum loquendi : tamen propter hoc ipsum improbandum est, quia Concilium Tridentinum non ita loquitur, nec antiqui Theologi. Est etiam contra rationem, quia ille effectus non debetur immediate actui contritionis, sed gratiae sanctificanti, quae per illum infunditur. Quocirca, quamuis admitti possit remissionem peccati secundum connaturalem ordinem deberi & contritioni, & gratiae sanctificanti : tamen non inde fit deberi in eodem genere causa, sed vnicuique cum debita proportione, illi ut dispositioni, huic ut formae. Sicut in naturalibus expulso forma aquae necessario consequitur ex introductione formae ignis, tamen ex illa ut ex dispositione, ex hac ut ex forma. Ratio vero est eadem in praesenti, quia hic effectus proxime & immediate debetur ipsi gratiae, tanquam propriae formae sanctificanti : illa enim est propria participatio diuinitatis, & ideo illa constituit formaliter filium Dei, & proportionem gloriae : & ideo etiam illi debentur alia supernaturalia dona, ac denique perfecta sanctitas, quae consummatur in remissione peccati. Contritioni autem debetur hic effectus

Est

Actus, quasi mediate, quatenus est proportionata dispositio ad talem formam.

19. Alii tandem dixerunt, licet contritio per se sola non sit sufficiens, seu totalis causa formalis remissionis peccati, esse tamen partialem, quia ex illa & habituali gratia confurgit integra & proportionata forma excludens peccatum: quia sicut peccatum dicit actum, vel moralem habitudinem ad illum, ita oportet ut formalis causa expellens illud, actum oppositum, id est, actum poenitentiae, includat. Unde Concilium Tridentinum dixit hominem iustificari, per voluntariam susceptionem gratiae donorum: in illo autem verbo, voluntariam, actum includere videtur. Hanc opinionem significat Petrus Soto lect. 4. de Poenit. & Domini eius Soto lib. 2. de Natura & gratia c. 18. in fine: & est probabilis opinio.

20. Mihi tamen probabilius videtur oppositum, nimirum actum poenitentiae nullo modo includi intrinsece in formali causa remissionis peccati, propter rationes generales adductas; praesertim quod propter testimonium Conc. Trident. supra ponderatum. Nam quod postea voluntariam vocet susceptionem gratiae, non indicat causalitatem formalem in actu, sed dispositionem requiritam in adultis, quod nimirum consentiant suae iustificationi. Cuius argumentum est, quia interdum potest esse voluntaria iustificatio per solam attritionem, de qua nullus dixit esse causam formalem remissionis peccati. Unde noua ratio confurgit, quia formalis causa iustitiae in omnibus & semper est eadem: & post actum transactum, eadem etiam perseverat: sed in multis, non solum paruulis, sed etiam adultis, qui iustificantur, actus non est formalis causa etiam partialis iustificationis, vel quia nunquam illum habuerunt, ut sunt paruuli: vel quia non habent actum eo tempore quo iustificantur, ut in adultis qui baptizantur, vel absoluntur post amissum usum rationis: vel quia non habent actum per se satis proportionatum, ut in omnibus qui cum sola attritione iustificantur: vel denique quia transacto actu, manet integra forma iustificans: non est ergo actus poenitentiae, vel etiam amoris pars formae iustificantis: sed eadem est causa formalis iustitiae, & remissionis peccati: ergo actualis operatio non pertinet intrinsece ad hanc causam formalem.

21. Denique in macula peccati, prout nunc est, duo possunt considerari: vnum est physicum, quod est priuatio gratiae: aliud est morale, scilicet, respectus ad praeteritum peccatum, quod moraliter permanere censetur, quandiu non remittitur. Primum horum immediate remittitur formaliter per infusionem gratiae, ut per se constat. Secundum autem non potest tolli formaliter per actum poenitentiae, quia non est tam efficax ad reparandam iniuriam, sicut fuit peccatum ad offendendum, propter infinitatem personae offensae, ut in citato loco 3. part. laeius declaravi. Et ideo necesse est ut Deus ipse gratis remittat: ergo nihil superest in peccato, quod formaliter expelli possit per poenitentiae actum, nec totaliter, nec partialiter. Atque ita D. Th. in tota hac q. & 1. 2. q. 113. & in 4. dist. 17. ubi ex professo de hoc disputat nunquam tribuit poenitentiae hanc causalitatem, & q. 28. de Veritate art. 8. excludit omnem alium, praeter dispositiuam. Et idem inter antiquos attrigit Al-tifidor. lib. 4. Summ. tractatu 6. cap. 2. quaest. 2. dicens, solam gratiam remittere culpam, & poenam aeternam, & loquitur de gratia sanctificante, & formali remissione. Ac denique idem sentiunt alii Theologi, quos citato loco adduxi, ubi difficultates omnes, quae circa hoc occurrere possunt, pro viribus tractavi, & exposui. Suboriebatur autem hic quaestio, An de potentia absoluta possit poenitentia sufficere ad remissionem peccati mortalis, sine alia iustitia infusa: de qua melius dicam Disput. sequent. sect. 2.

22. Quid dicendum de effectiua causalitate.

12. Ed quid tandem dicendum est de causalitate effectiua. Nam D. Thomas quaestio. praeced. art. 2. ad 3. docet, poenitentiam effectiue expellere peccatum. Quod exponens Soto dist. 14. q. 2. dicit, poenitentiam expellere effectiue per auxilium Dei, & dist. 15. qu. 1. art. 6. hanc efficientiam tribuit contritioni, ut formata: quia sic, inquit, operatur ad remissionem peccati. Breuiter tamen dico, hic posse esse sermonem vel de efficientia physica, vel de morali. De priori, certum est nil posse efficere physice remissionem peccati, nisi id quod potest efficere physice gratiam, quia in vniuersum priuatio non potest tolli physica actione, nisi illa qua sit forma. Quod maxime verum erit de peccato, quoad illud morale, quod in ipso est: illud enim neque tolli, neque fieri potest per physicam efficientiam, nisi in ratione alicuius formae physicae, a qua prouenit remissio eius, vel expulsio: quae forma in praesenti nihil est, nisi gratia. Actus vero poenitentiae secundum se, ut est actus virtutis, non potest physice efficere gratiam: imo nec actus supernaturales possunt ex se efficere physice habitus infusos, ut nunc suppono. Hac igitur ratione non potest poenitentia physice efficere remissionem & expulsionem peccati. Dixi autem, secundum se, & ut est actus virtutis, quia in lege noua ut est pars sacramenti, probabile est posse concurrere effectiue ad infusionem gratiae, sicut efficere solent aliae materiae sacramentorum. Quod sentit D. Thomas infra hac qu. art. 6. tunc autem non habebit illam efficientiam ut actus formatus est, sed ut informis: quia nihil potest efficere formam, quatenus per illam eandem formatum est.

13. Addit vero Ferrar. 4. contra Gentes cap. 72. contritionem habere hanc efficientiam, etiam quando iustificat eum voto solus sacramenti, & fauet D. Thom. q. 28. de Veritate art. 8. ad 2. in 1. solutione. Sed statim in 2. aliquid sentit, quod mihi verius videtur: quia tunc contritio non est pars sacramenti: neque enim in aliquo sacramento materia operatur sacramentaliter priusquam coniungatur formae. Sed de hoc plura alibi.

14. Causalitas autem moralis tantum potest esse aut dispositiua, aut meritoria. De dispositiua iam dixi: nam re vera haec dispositio non tam est physica, quam moralis, quia non est necessaria propter physicam unionem gratiae cum anima, sicut requiritur dispositio corporis ad unionem animae cum ipso, & ideo transacta illa dispositione, manet unio, & interdum etiam sit sine illa. Est ergo dispositio moralis, quia homo facit quantum in se est ad tollendum obicem. Causalitas autem meritoria vel satisfactoria imperfecte, & secundum quid potest tribui huiusmodi actus ut supernaturalis est, & a gratia Dei auxiliante iuxta probabilem opinionem, quae tribuit huic dispositionem meritum, vel satisfactionem de congruo.

15. Perfectum autem meritum, vel satisfactio de condigno non potest illi attribui respectu remissionis peccati, quidquid aliqui moderni dixerint: tunc quia alias non fieret gratis remissio: tum etiam quia tale meritum vel satisfactio supponit iam remissum peccatum. De qua re quantum spectat ad satisfactionem de condigno, dixi late in dicto 1. tom. 3. part. dist. 4. sect. 9. Quantum vero pertinet ad meritum, ad materiam de gratia spectat: nullamque dubitationem habere potest. Nam si loquamur de actu Contritionis ut informi, seu ut est prior natura, quam gratia, est res clara: cum ipsa gratia sit principium omnis meriti de condigno. Alias posset homo mereri de condigno infusionem ipsius gratiae per contritionem: est enim eadem ratio. Si vero sit sermo de Contritione formata, haec iam supponit remissum peccatum, alias non satis formata est: multo ergo minus potest illam de condigno mereri: Propter quod etiam non video, quomodo haec efficientia moralis possit

19. An poenitentia sit partialis causa formalis ad remissionem

Trident.

Petr. Soto. Domin. Soto.

20. Mihi tamen probabilius videtur oppositum

21. Denique in macula peccati

22. Quid dicendum de effectiua causalitate

12. Ed quid tandem dicendum est de causalitate effectiua

13. Addit vero Ferrar. 4. contra Gentes cap. 72.

14. Causalitas autem moralis tantum potest esse aut dispositiua

15. Perfectum autem meritum, vel satisfactio de condigno

12. D. Thom.

Soto.

Poenitentia non potest physice remissionem peccati

13. Ferrar. D. Thom.

14. Quid dicendum de causalitate effectiua

15. D. Thom.

16. Soto.

17. D. Thom.

18. Soto.

19. D. Thom.

20. Soto.

21. D. Thom.

22. Soto.

23. D. Thom.

24. Soto.

25. D. Thom.

26. Soto.

27. D. Thom.

28. Soto.

29. D. Thom.

30. Soto.

31. D. Thom.

32. Soto.

33. D. Thom.

34. Soto.

35. D. Thom.

36. Soto.

37. D. Thom.

38. Soto.

possit tribui actui penitentiae, ut iam formato. Et hoc confirmat D. Thom. hic art. 4. ad 2. ubi in hoc sensu dicit, remissionem peccati esse a gratia operante, & a sola illa, ut in commentario latius dicam.

De alio vero eius testimonio iam supra dixi ibi non loqui de contritione, de qua nunc agimus, sed de voluntate resarciendi iniuriam Dei, quam vocavit actum penitentiae: & quatenus imperat actum contritionis, dicitur effectiue concurrere ad remissionem peccati. Quod si ille locus intelligatur etiam de contritione, exponendus est iuxta hic dicta. Nam in primis, si hoc intelligatur de efficiencia physica, accommodandus est contritioni, ut est pars sacramenti: si vero de morali, coincidit cum dispositiua: nam disponens ad introductionem formae, dicitur aliquo modo efficere effectum illius, seu expellere contrarium: Et ideo dicere solent discipuli D. Thom. hoc proprius dici de penitente ipso, quam de penitentia: quia dispositio ut sic non efficit: tamen, qui efficit dispositionem, dicitur efficere effectum ex illa secutum: penitens autem efficit penitentiam, & ideo dicitur efficere expulsionem peccati. Sicut e contrario peccator mortaliter peccando dicitur a D. Thom. expellere effectiue gratiam 2. 2. q. 24. art. 1. & notauit Ledesma 1. part. 4. q. 27. art. 1.

Vnde si loquamur de penitentia pro habitu, quatenus illa est causa effectiua sui actus, potest etiam dici concurrere effectiue ad expulsionem peccati, quauis hoc accommodari non possit primae iustificationi: quia iuxta veram sententiam prima contritio non procedit ab habitu.

ARTICVLVS II.

Vtrum sine penitentia peccatum remitti possit.

Intra art. 3. cor & q. 87 art. 1. cor & d. 1. a. 2. art. 5. & d. 1. q. 1. art. 2. q. 1.



Secundum sic proceditur. Videtur quod sine penitentia peccatum remitti possit. Non enim est minor virtus Dei circa adultos, quam circa pueros. Sed pueris peccata dimittit sine penitentia. Ergo & adultis.

Præterea, Deus virtutem suam sacramentis non alligauit. Sed penitentia est quoddam sacramentum. Ergo virtute diuina possunt peccata sine penitentia dimitti.

Præterea, maior est misericordia Dei, quam misericordia hominis. Sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non penitenti. Vnde & ipse Dominus mandat Matth. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. Ergo multo magis Deus dimittit offensam hominibus non penitentibus.

Sed contra est, quod Dominus dicit Hierem. 18. Si penitentiam egerit gens illa a malo, quod fecit, agam & ego penitentiam super malo, quod cogitasti, ut facerem ei. Et sic e contrario videtur, quod si homo penitentiam non agat, quod Deus ei non remittat offensam.

Respondeo dicendum, quod impossibile est peccatum actuale mortale sine penitentia remitti, loquendo de penitentia, qua est virtus. Cum enim peccatum sit Dei offensam, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam. Offensa autem directe opponitur gratiae: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit eum a gratia sua. Sicut autem habitum est in Secunda parte, hoc interest inter gratiam Dei, & gratiam hominis, quod gratia hominis non causat, sed presupponit bonitatem veram, vel apparentem in homine: sed gratia Dei causat bonitatem in homine: ergo eo quod bona voluntas Dei, qua in nomine gratiae intelligitur, est causa omnis boni creati. Vnde potest contingere, quod homo remittat offensam, qua offensus est alicui, absque aliqua immutatione voluntatis eius: non autem contingere potest,

5. 2. q. 110. art. 1.

quod Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius. Offensa autem peccati mortalis, procedit ex hoc, quod voluntas hominis est auersa a Deo per conuersionem ad aliquod bonum commutabile. Vnde requiritur ad remissionem diuinae offensae, quod voluntas hominis sic immutetur, ut conuertatur ad Deum cum deestimatione conuersionis praedictae, & proposito emendae, quod pertinet ad rationem penitentiae, secundum quod est virtus. Et ideo impossibile est quod peccatum alicui remittatur sine penitentia, secundum quam est virtus. Sacramentum autem penitentiae (sicut supra dictum est) perficitur per officium sacerdotis ligantis, & soluentis: sine quo potest Deus peccatum remittere, sicut remisit Christus mulieri adulterae, ut legitur Ioan. 8. & peccatrici, ut legitur Luc. 7. Quibus tamen non remisit peccata sine virtute penitentiae: nam sicut Gregor. dicit in Homilia per gratiam traxit intrus, scilicet ad penitentiam, quam per misericordiam suscepit foris.

Ad 1. ergo dicendum, quod in pueris non est nisi peccatum originale, quod non consistit in actuali deordinatione voluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturae: ut in Secunda parte habitum est. Et ideo remittitur eis peccatum cum habituali immutatione per infusionem gratiae, & virtutum: non autem cum actuali. Sed adulto, in quo sunt actualia peccata, qua consistunt in deordinatione actuali voluntatis, non remittuntur peccata etiam in baptismo sine actuali immutatione voluntatis: quod fit per penitentiam.

Ad 2. dicendum, quod ratio illa procedit de penitentia, secundum quod est sacramentum.

Ad 3. dicendum, quod misericordia Dei est maior virtus, quam misericordia hominis: in hoc, quod immutat voluntatem hominis ad penitendum, quod misericordia hominis facere non potest.

COMMENTARIVS.

Titulus huius Articuli intelligi potest vel de potentia Dei absoluta, vel tantum de ordinaria, & D. Thomas non declarat in quo sensu loquitur: dum tamen simpliciter respondet impossibile esse actuale peccatum mortale sine penitentia remitti, significat se loqui de penitentia absoluta. Verum est tamen apud D. Thomam hunc modum loquendi non semper significare absolutam impossibilitatem, quae oritur ex implicatione contradictionis, ut multis exemplis ostendi posset. Interdum ergo dicitur impossibile quod secundum legem ordinariam, vel secundum leges naturae fieri non potest: quomodo autem hic accipiendum sit, ex materia subiecta, & ex discursu ac ratione, qua hoc esse impossibile ostenditur, colligendum videtur.

In discursu ergo articuli non infert D. Thomas absolutam implicationem contradictionis, sed ex suppositione argumentatur in hunc modum: Deus non remittit peccatum, nisi remittendo offensam, quia peccatum est offensam Dei: offensam autem non remittitur nisi per gratiam, nam offensam directe opponitur gratiae: ergo peccatum non remittitur, nisi per diuinam gratiam. Rursus, Deus non confert alicui gratiam nisi conferendo ei aliquam bonitatem voluntati diuinae proportionatam: nam in hoc differt voluntas diuina ab humana, quod humana non facit bonum id quod amat, sed supponit, diuina vero e conuerso non supponit, sed facit: gratia autem Dei includit bonam Dei voluntatem erga eum, quem sibi gratum habet, & ideo necessario eum facit bonum: ergo cum Deus remittit peccatum incipit gratum sibi habere peccator, necessario illum facit bonum: ergo necessario immutat voluntatem eius, quia, cum talis homo prius esset malus, eo quod habet voluntatem a Deo auersam, non potest fieri bonus, nisi mutetur voluntas eius, & ex auersa fiat con-

quaest 87 art. 3.

Hom 31 in Euan g non longe a prior

1. 2. q. 87 art. 1.

De qua potentia loquitur.